



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Abbatis Sisiniij, qui Episcopatu renunciauit, & eius Discipuli. Capvt
XCIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

1 *Vides quòd etiam antiquitus in honorem Sanctorum
templa edificabantur?*

2 *Quid dicis tu, qui vocas sanctos emortuos? Suntne hec
mortuorum opera?*

*Vita Abbatis Sisinij, qui Episcopatu renuntiavit,
& eius Discipuli.*

C A P V T X C I I I .

N Arrauit nobis idem pater noster Gregorius
dicens: Quadam die profectus sum ad Ab-
batem Sisinium Anachoretam. Erat autem
hic senex, qui relicto Episcopatu suo propter Chri-
stum, venerat prope Castellum, quod appellatur
Bethabara, & à sancto Iordane sex fermè milliari-
bus distat, ibique vitam solitariam agebat. Cum
ergo venissem ad senem, & diu pulsarem, post mul-
tam horam aperuit discipulus eius, & ait mihi: Ve-
rè, domine Abba, infirmat⁹ est senex vsq; ad mor-
tem, orauitque Deum, ne de hoc secu^o migraret,
donec audirer aduenisse te in hãc regionem. Iu-
eram enim Constantinopolim pro necessitate ce-
nobij ad piissimum Imperatorem Tyberium. Cũ
ergo profectus esset ad senem, annunciaissetque il-
li meum aduentum, post prolixam horam descen-
dit, dicens mihi: Ascende, pater. Ascendentes au-
tem inuenimus senem obdormisse in pace. Cog-
nouit igitur, quia mox vt didicit me esse, qui pul-
saucram, migravit ad Dominum. Et cum illum
amplexarer, ait mihi defunctus leni, ac miti voce:
Benè venit Abbas meus. Rursumq; obdormiuit.
Nunciaui igitur in locis illis, vt venirent, & sepe-
lirent senem. Cum ergo venissent, & monumen-
tum foderent, ait discipulus senis fodientibus se-
pulchrum. Facite charitatem, & aliquantulum la-
tius fodite, vt duos capiat. Et cum illi foderent, po-
suit

fuit se ipsum in pſiathio, & requieuit in pace. Sepeliimusque duos ſimul ſenem ſcilicet, & diſcipulum eius.

Si ſancti viri tantam curam ſemper habuerunt in mortuis ſepeliendis. patet, quod ſepelire mortuos pietatis opus eſt & Deo placet.

Vita Abbatis Iuliani Episcopi Boſtrenſis.

CAPVT XCIIII.

IDEM Pater noſter Gregorius Archimandrita narrauit nobis de Abbate Iuliano Episcopo Boſtrenſe, quod cum receſſiſſet de cœnobio, & factus eſſet Boſtrenſis Episcopus, quidam ex habitatoribus ipſius ciuitatis odio nominis Chriſti, voluerunt eum veneno occidere, corrupentesque pecunijs miniſtrum eius, qui ipſi porrigebat poculum, dederunt illi venenum, vt cum porrigeret Metropolitanæ poculum, venenum in calicem mitteret. Puer autem ita vt dictum fuerat, fecit, deditque calicem veneno infectum ſancto Iuliano. Suſcepit verò illum ſanctus vir, ac diuinitus agnouit inſidias. Suſceptum ergò calicem ante ſe poſuit, nihil omnino dicens puero; mittensque accerſiuit omnes primates ciuitatis, inter quos erant & qui illi inſidias parauerant. Vir autem beatiffimus nolens eos publicare, qui hoc fecerant, voce mitiſſima omnibus dixit: Si arbitramini humilem Iulianum veneno occidere, ecce coram vobis peſtiferum calicem bibo. Signansque ter digito ſuo calicem, & dicens: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, bibo hunc calicem: bibit illum coram omnibus totum, atque illæſus perſtitit. Quod illi tùm vidiffent, proſtrati veniam petierunt.

Vide magnum miraculum ad ſignum ſanctiſſimæ Crucis peractum.

Vita